1176

causas et actiones suas iudiciarias cum quibuscunque personis ratione quarumcunque rerum et iniuriarum coram quovis Iudicio et Officio Regni habitas et haben[d] Generosos et Nl[e]s Ioannem Skolimowski Nicolaum Zawieza Ludovicum Ztarzynski Franciscum Gaborski Stephanum Wysocki Hieronimum Staiowicz in suos veros lrimos plenipotentes sufficientesque et indubitatos mandatarios eligit facit constituit ac solenniter inscribit dans et concedens eisdem suis plenipotentibus tam omnibus coniunctim quam cuilibet illorum seorsim causas easdem suas coram quovis Iudicio et officio Regni incidentes nomine sui recognoscentis attentandi promovendi Defenden[di] inferendi Iuramenta attentandi poenas iudiciarias levandi de levatis quietandi Decreta suscipien[di] a contrariis provocandi aliosque plenipotentes in loca sua substituendi et alia omnia munia et officia veros et lrimos plenipotentes de iure concernen[tia] peragendi et exercendi promittens et inscribens se id totum quidquid per praedictos plenipotentes sive eorum substitutos in praemissis actum factum gestum constitutumque fuerit id totum pro firmo rato grato et valido suscepturum non secus ac si praemissa omnia et singula superius specificata ipsemet recognoscens egisset constituissetque Quam quidem suprascriptam plenipotentiam atque plenipotentes in ea specificati idem recognoscens ad integrum triennium ab actu praesenti recte computandum duraturam et robur suum habituram hac sua porti personali recognitione declarat scripti porti patrocinio.

Lg[e] Rosno[w]ski [signature] 3.

1

1177

Actum in Castro Premisliensi Feria Quarta post Dominicam Judica Quadragẽtem proxa Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono

24/III

G. Korniakt & Zdzanski Roborant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus
Capitaneal. Premislien. Generosi Franciscus Carolus in Białobok Kor-
niakt ab Una et Andreas Zdzanski parte ab altera sani mentibus
et corporibus existentes a terris districtibus iuribus iurisdictionibusque
suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Juris-
dictioni Castrensi Capitaneali Premislien. quoad Actum modernum attinet se
cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et ple-
narie incorporando subijciendoque palam libere publice ac perso-
naliter recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse
recognouit Quia ipsi sibi mutuo et invicem Una pars alteri
cum posteris utriusque partis se suosque successores in et super
bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusuis habitis
et habendis inscribunt et obligant praesentis intercisam certam inter
se recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum ibidem contentarum
de actu et data eiusdem hic Premisliae die hodierna in actu contenta
confectam manibus suis recognoscentium subscriptam in omnibus et sin-
gulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis
existentibus Vadio ac rigore generaliter Uniuersis firmiter tenere
complere exequi ac inuiolabiliter obseruare, omnibusque et singulis illic
contentis tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit sa-
tisfacere Intercisam praedictam ad inscriptionem praesentem roboratoriam et in-
scriptionem praesentem roboratoriam ad praedictam intercisam Vicissim in
toto referendo Idque sub Vadio quatuor Millium florenorum Polonicalium

pro par.

per partem parti cum successoribus utriusq́ partis ob non comple-
tionem contentorum Interceptis praefatis omnium et singulorum tam in par-
te quam in toto rerum quorum opus fuerit ad solvendum succumbendo
pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro realis
quaq́ praeceptis et contentis Interceptis praefatis non completis complenda
Citata existens memorata recognoscens pars Una praemissa teneri
renens sui cum posteris ad instantiam partis alterius praemissa te-
nenti vel ipsius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Pre-
misliense extunc recessu superiori quoad respondendum spectat me-
diante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare
iurigarere respondere Vadium praefatum luere in toto praesentis sa-
tisfacere omnesq́ iudicatum parti debebit et tenebitur se ac suos suc-
cessores ad eadem omnia obligat, eundem terminum primum peremptorium
et alios omnes exinde consequentes causas eiusdem Terminos semper pe-
remptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum
legatione intra vel extra regnum servitio militari ad munimenta
ad exercitum. Vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus im-
pedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos Terminos
Officij praefati Castrensis Premisliensis dilationes sibi non recipiendo
nullasq́ motiones appellationes aut earum prosequutiones faciendo ac
praemissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis evasionis suspen-
sionibus fatalijs iuris solennis servitij bellis conventioneq́ alijsq́
quibusvis iuris remedijs et defensis non subterfugiendo neq́ quo-
vis modo evadendo praesenti sua recognitione ad acta omnia mediante

Idem Zdzanskiemu tenetur

Comparens personaliter coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosus Carolus Franciscus in Bialobok Kormiakt Ja-
nus mente et corpore existens in terris districtibus iuribus Iuris dicti-
onibusq́ suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti
vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad actum
modernum attinet se cum successoribus bonisq́ suis generaliter
omnibus totaliter ac plenarie incorporando subijciendoq́ palam libere

publice